Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ihm tantū sed ut lazarum vidēt quē suscitauit a mortuis. Cogitauūt aūt pncipes sacerdotum vt et lazarū interficerent: quia multi pp̄ter illum abibant ex iudeis et credebant in ihm. In crastinū autē turba multa que venerat ad diem festū cum audisset quia ihs vēit iersolimam: acceperunt ramos palmarū et p̄cesserunt obuiam ei et clamabant. O sanna: benedictus qui venit in nomine dni rex israel. Inuenit ihs asellum et sedit sup eum. sicut scriptū est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus vēit sedens sup pullū asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primū sed quando clarificatus ē ihs tunc recordati sūt quia hec erant scripta de eo et hec fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba que erat cum eo qn̄ vocauit lazarū de monumento et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba: quia audierūt eum fecisse hoc signū. Phisei ergo dixerunt ad semetipos. Videtis quia nichil p̄ficimus. Ecce mundus totus abiit post eum. Erant aūt gentiles quidam ex his q̄ ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserūt ad philippū qui erat a bethsaida galilee et rogabant eū dicentes. Domine volumus ihm videre. Venit philippus et dicit andree. Andreas rursū et philippus dixerunt ihu. Ihs aūt rndit eis dicens.